

Observationes Chri-
stiane.

Fort. portes.

Fort. Quercus.
Tabulae naturales.

patrocinio. Hanc nunc exoptula saluo traditionis respectu quocunque traditore censetur: nec autorem respicias, sed auctoritatem. Et in primis consuetudinis ipsius, quæ propterea colenda est, ne non sit rationis interpres. Ut si & hanc deus dederit, tunc discas quod non observanda sit tibi consuetudo. Sed cur maior efficitur ratio CHRISTIANARVM observationum, cum illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est? Ideoque hæc prima præscribet coronam capiti non convenire. Puto autem naturæ deus, noster est, qui figuravit hominem: & fructibus rerum appetendis, iudicandis, consequendis certos in eo sensus ordinavit, per propria membrorum quodammodo organa. Auditum in auribus fodit, visum in oculis accendit, gustum in ore conclusit, odoratum in naribus ventilavit, contactum in manibus æstimavit. Per hæc exterioris hominis ministeria, interiori homini ministrantis, fructus munerum divinorum ad animam deducuntur à sensibus. Quis igitur fructus ex floribus? (Substantia enim propria certe præcipua coronarum, flores agri,) aut odor, inquis, aut color, aut pariter utrumque. Qui erunt sensus coloris, odoris? visus opinor & odoratus. Istos sensus æque membra sortita sunt: oculi nisi fallor & nares. Vtere itaque floribus visu & odoratu, quorum sensuum fructus est. Vtere per oculos & nares, quorum sensuum membra sunt. Substantia tibi à deo tradita est, habitus à seculo. quanquam nec habitus extraordinarius, ordinario usui obstreperit. Hoc sint tibi flores, & inserti & innexi, & in filo & in scirpo, quod liberi, quod soluti: spectaculi scilicet, & spiraculi res. Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensorum, ut plures semel fortes, ut omnibus pariter utaris: iam vero & in sinum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge si tanta mollitia est: in poculum crede, si tanta innocentia est. Tot modis frui, quot & sentis. Cæterum in capite quis sapor floris? quis coronæ sensus, nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam contra naturam est florem capite sectari, quam cibum aure, quam sonum nare. Omne autem quod contra naturam est, monstri meretur notam penes omnes, penes nos vero etiam elogium sacrilegij, in deum naturæ dominum & autorem. Quærens igitur dei legem, habens communem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare, ut cum in uelamine fœminæ, Nec natura uos inquit docet, Ut cum ad Romanos: Natura facere dicens nationes ea quæ sunt legis, & legem naturalem suggerit & naturam legalem. Sed & in priore epistola, naturalem usum conditionis in non naturalem masculos & fœminas inter se demutasse affirmans, ex retributione erroris in uicem pœnæ, utique naturali usui patrocinator. Ipsum deum secundum naturam prius nouimus, sed deum appellantes deorum, bonum præsumentes, & iudicem inuocantes,

DE
 decante, quæris
 nulla rapiamur
 mini mancipata
 ut ait uari
 his & impijs su
 conditio est,
 stacula instru
 diabolo esse
 Cæro quoque
 nature auctorit
 que religionis
 in ex abunda
 non capiti coro
 nature à commu
 STIANAE to
 tam, quæ aliq
 ne quia non
 hæc laurea mil
 enserint natu
 dum ab origi
 lare necessar
 quantulas att
 feminarum
 ribus cum a
 Propheticas
 folijs quàm t
 & de mendac
 Certe enim c
 retydes ante
 tanas hoc m
 adnæ fertur
 Thefidus. Iu
 mite redimi
 tans nouerit
 pite præfert
 Habes Pinc
 secto delph
 plices coror
 Harpocrati
 ra sit cerebr
 plane laure